Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae et sermones de tempore - Cod. Aug. perg. 15

[S.l.], [9. Jh.]

Beda Venerabilis presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20220

Visual Library

pennas assumpserat. plantas amitteret;
sed ne forte hoc mirum uideatur quod magus
iste praesente apostolo patrem aliquandiu uo
litauerit. hoc patientia petri fecit. permisit
enim illum sublimius ascendere. ut de altius
caderet. uoluit eum in excelsum leuari ad
conspectum omnium. ut ruentem illum de excelso
3 oculi omnium perciderent: haec igitur est
iniquitatis elatio. ut cum altius se ferat. in subli
me se erigat. sed sancta oratio omnem humiliat
superbiam. uniuersam deicit uanitatem.

Lectio sancti euangelii secundum matheum.

In illo tempore. Uenit ihesus in partes cesareae
philippi & interrogabat discipulos suos
dicens. quem dicunt homines esse filium
hominis: & reliqua.

Omelia lectionis eiusdem uenera
bilis bedae presbiteri.

Lectio sancti euangelii quam modo fratres audistis.
tanto intentius cogitanda ac sine
obliuione est iugiter retinenda. quan
to constat quia magnam nobis fidei perfec
tionem commendat. magnum eiusdem perfecte
fidei contra omnia temptamenta robur
aeque demonstrat; Sicut scire uolumus
quomodo in christum credere oporteat. quid lu
cidius eo quod dat ad eum petrus. tu es christus
filius dei uiui. rursus si audire delectat
quantum haec fides ualeat. quid aptius eo
quod audimus de ecclesia quae super eum aedi
ficanda erat & portae inferi non praeua

lebunt aduersus eam. sed haec suis in locis
plenius exponentur. Nunc autem reuertentes
ad explananda ex ordine lectionem dominicam.
primo uideamus de loco in quo habita me
moratur. Uenit inquid ihesus in partes cesareae
philippi. Philippus ut lucas testatur. erat
tetrarcha itureae & traconitidis regionis.
hic ergo statuens ciuitatem in loco ubi iorda
nis ad radices oritur libani montis. & est
terminus iudeae contra septentrionem. ap
pellauit eam cesaream philippi. in memoriam
uidelicet sui nominis. pariterque honorem
tiberii cesaris. sub quo ipse regnabat.
In cuius partes ueniens ihesus. interrogabat
discipulos suos dicens. Quem dicunt homines
esse filium hominis. Non ait quasi nesciens
sententiam de se uel discipulorum uel ex
traneorum inquirit. sed ideo discipulos
quid de se sentiant interrogat. ut con
fessionem rectae fidei illorum digna mer
cede remuneret. Nam sicut interrogatis
generali[...]ter omnibus. petrus
respondit. [...] in petro omnibus
respondit. Ideo quid alii de se sentiant
inquirit. ut expositis primo sententiis
errantium. discipuli probarentur ueritatem
suae confessionis. non de opinione uulga
ta. sed de ipso percepisse dominicae re
surrectionis archano. Quem inquid
dicunt homines esse filium hominis.
Pulchre homines appellat eos qui

unus pro omnibus
lite quod petro
dominus respondit.

de filio hominis tantum loqui nouerant, qui de diuinitatis eius archana nesciebant; nam qui de diuinitatis eius mysteria capere norunt, merito supra homines esse dicuntur. Apostolo attestante qui ait, quod oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit quae praeparauit deus diligentibus se. Qui cum haec de hominis. hoc est humana solum sapientis, corde aure & oculo praemitteret, mox de se ac de suis similibus. qui generalem humanitatis scientiam transcenderant adiecit; Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum; cui simile est quod hic dominus cum interrogasset discipulos, quem eum dicerent esse homines. & illi diuersas diuersorum opiniones protulissent. dicit illis; Uos autem quem me esse dicitis? quasi ab hominum generalitate illos sequestrans, & deos ac dei filios per adoptionem iam factos insinuans: Iuxta illud psalmistae. ego dixi dii estis & filii excelsi omnes: Respondens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei uiui: Diuinum appellat … ad distinctionem falsorum deorum … quos uario delusa errore gentilitas, uel de mortuis sibi hominibus instituit, uel maiore dementia de insensibili materia quos adoraret creauit; de qualibus cantatur in psalmo: Simulacra gentium argentum & aurum. opera manuum hominum. os habent & non loquentur. & cetera: Notet autem dilectio uestra quam miranda distinctione sit factum.

ut cum de utraque eiusdem domini & saluatoris nostri natura, ab ipso domino & a fideli eius discipulo esset proferenda sententia. dominus ipse humilitatem assumptae humanitatis profiteatur. discipulus excellentiam diuinae aeternitatis ostendat: dominus de se quod minus est, discipulus de domino intimat quod maius est: Dominus de se quod factus est propter nos, discipulus declarat de domino quia ipse est qui fecit nos. sic & in euangelio dominus multo crebrius se filium hominis. quam filium dei appellare consueuit, ut nos admoneret dispensationis quam pro nobis suscepit: sed nos necesse est tanto humilius diuinitatis eius alta uenerari, quanto illum meminimus pro nostra exaltatione ad humanitatis infima descendisse; sicut inter sacramenta incarnationis eius, quibus redempti sumus, potentiam diuinitatis qua creati sumus. pia semper mente recolimus. sicut ipsi quoque cum petro supernae beatitudinis mercede donemur; Nam confitente illo christum filium dei uiui. uideamus quid sequatur; Respondens autem ihesus dixit: beatus es simon bar iona; Constat ergo quia ueram christi confessionem uera beatitudinis praemia restant; sed intueamur attenti quale quantumue sit nomen illud, quo perfectum sui nominis confessorem glorificat. ut huius & iam nos ueraciter eum confitendo mereamur esse consortes: Beatus es inquit symon bar iona.

Bar iona syriace. latine dicitur filius
columbae, filius autem columbae recte uocatur
apostolus petrus quia uidelicet columba
multum simplex est animal. et ipse pru
dentia ac pia simplicitate dominum sequebatur,
memor illius praecepti quod et cum suis condiscipu
lis ab eodem magistro simplicitatis ac ue
ritatis accepit. Estote prudentes sicut
serpentes et simplices sicut columbae, uel
certe quia spiritus sanctus super dominum in columbae specie
descendit. Recte filius columbae nuncupatur
qui spiritali gratia plenus extitisse mon
stratur, et iusta satis laude dilectorem
confessoremque suum dominus remunerat cum eum
sancti spiritus filium esse testatur a quo ipse dei uiui
filius asseueratur. quamuis hoc ipsum multum
dissimiliter fieri nullus fidelium dubitat.
Dominus enim christus filius dei per naturam. petrus sicut
et ceteri electi filius sancti spiritus est per gratiam.
Christus filius dei quia de ipso natus est. petrus
filius spiritus sancti quia de ipso renatus est. Christus
filius dei ante tempora, ipse est enim dei uirtus. et
dei sapientia quae dicit. dominus possedit me
ab initio uiarum suarum antequam quicquam
faceret a principio. Petrus filius spiritus sancti
ex eo tempore quo ab ipso illuminatus gra
tiam diuinae cognitionis accepit. Et quia
una uoluntas eadem est operatio sanctae tri
nitatis. recte ei dixisset. beatus es symon
bar iona id est filius gratiae spiritalis pro
tinus adiunxit. quia caro et sanguis non
reuelauit tibi. sed pater meus qui in caelis est.
Pater quippe filio columbae reuelauit. quia
una est gratia patris et spiritus sancti. eademque
et filii. quod facillimis sacrae scripturae
probabitur exemplis, dicitur namque de patre
apostolus. misit deus spiritum filii sui in corda nostra.
dicit ipse filius de spiritu sancto. cum autem uenerit pa
raclytus quem ego mittam uobis a patre. dicit de
spiritu sancto apostolus. haec autem omnia operatur unus
atque idem spiritus diuidens singulis prout uult.
Pater ergo mittit spiritum. filius mittit spiritum. spiritus
ipse ubi uult spirat. Quaprofecto ut dixi
mus una est uoluntas et operatio patris
et filii et spiritus sancti. et propterea conuenienter
dicitur. quia pater qui in caelis est reue
lauerit filio columbae mysterium fidei.
quod ei caro et sanguis reuelare nequibat.
caro autem et sanguis recte intelleguntur
homines sapientia carnis inflati columbinae
simplicitatis nescii. Ideoque a sapientia
spiritus omnimodis auersi. de quibus supra dic
tum est. quia christum non intellegentes. Alii
iohannem baptistam. Alii autem heliam. Alii uero
hieremiam aut unum ex prophetis eum esse dicerent.
De quibus apostolus dicit. Carnalis autem homo non
percipit ea quae sunt spiritus dei. Sequitur. Et
ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc
petram aedificabo ecclesiam meam. Petrus
qui symon antea dicebatur ob fortitudi
nem fidei et confessionis suae constantiam
a domino petri nomen accepit. quia uidelicet

illi firma atenaci mente adhesit. de quo scrip
tū est. petra autē erat xps; & sup hanc petrā id est
sup dnm saluatorem. qui fideli suo cognitori.
amatori. confessori. participiū sui nominis
donauit. ut scilic& a petra petrus uocaretur,
aedificatur ecclesia. quam si p fidem & di
lectionem xpi. p susceptione sacramentorū xpi
p obseruatia mandatorū xpi ad sortē electorū
& aeternā pungitur uitam. apostolo attes
tante qui ait: fundamentū enim aliud nemo
potest ponere praeter id quod positū est qd
est xps ihs: & porte inferi non praeualebunt
aduersus eam. Porte inferi doctrinae sunt
nequā. quae seducendo inprudentes ad in
feros trahunt. porte quoque inferi & tormen
ta & blandimenta sunt p secutorū. quae
infirmos quosque deterrendo uel emolliendo
a stabilitate fidei. introitū eis aeternae mor
tis aperiunt: Sed & praua infideliū
opera. ineptaque conloquia. porte utiq;
sunt inferi. inquantū suis uel auctoribus
uel sequacibus iter pditionis ostendunt.
Nam & fides si non habeat opera. mortua
est in semet ipsa. & corrūpunt mores bonos
conloquia mala: multe itaque sunt porte
inferi. sed harū nulla ecclesiae quae super
petrā fundata est praeual&: Quia qui fide
xpi intimo cordis amore pceperit. omne
quicquid exterius periculi temptantis
ingruerit. facillime contempnit; At qui
cumque credentiū fide. uel opere. uel
negatione depriuatus prodidit. non
hic sup petrā dno cooperante domum suae
professionis aedificasse. Sed iuxta alte
rius loci parabolā sup harenā sine fun
damento posuisse credendus est. Hoc est
non simplici ac uera intentione xpm sequi.
sed terrenam qualib& fragileque ob
causam habitū praetendisse xpiani:
Sequitur; & tibi dabo claues regni celorū.
Qui regē celorū maiori praeceteris deuotione
confessus est. merito praeceteris ipse con
latis clauibus regni caelestis donatus est.
ut constaret omnibus. quia absq; ea con
fessione ac fide regnū caelorū nullus
poss& intrare: Claues autē regni celorū
ipsam discernendi scientiā potentiamque
nominat. qua dignos recipere in regnū.
indignos se cludere deber& a regno:
Unde manifeste subiungit; & qdcūque
ligaueris super terrā erit ligatū & in celis.
& qdcūq; solueris super terrā erit solutū in celis.
Que soluendi ac ligandi potestas quamuis soli
petro data uideatur a dno. absque ulla tamen
dubietate nscendū est. quia & ceteris aplis
datur. ipso teste qui post passionis resur
rectionisq; suae triūphū apparens eis insuf
flauit & dixit omnibus: Accipite spm scm.
quorū remiseritis peccata remittuntur eis.
& quorū retinueritis retenta sunt: Nec
non & iā nunc in epis ac pbris omni ecclesię
officiū idem cōmittitur. ut uidelic& agnitis

peccantium causis. quoscumque humiles
poenitentes ac uere aspexerit. hos iam a timore per
petuae mortis miserans absoluat.
Quos uero in peccatis quae egerint persiste
re cognouerit. illos perennibus suppliciis
obligandos insinuet. Unde alias ad eos de
correpto semel et iterum ac tertio. sed non
poenitente fratre praecepit dicens. Si autem
ecclesiam non audierit. sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Et ne leue quisquam putaret
ecclesiae se iudicio condemnari. mox terribiliter
adiunxit. Amen dico uobis quaecumque
alligaueritis super terram. erunt ligata et
in caelo. et quaecumque solueritis super terram
erunt soluta et in caelo. Omni igitur
electorum ecclesiae. iuxta modum culparum
uel poenitentiae ligandi ac soluendi
datur auctoritas. Sed ideo beatus petrus
qui xpm uera fide confessus. uero est a
more secutus. specialiter claues regni
caelorum et principatum iudiciariae
potestatis accepit. ut omnes per orbem
credentes intellegant quia quicumque ab
unitate fidei uel societatis illius. quolibet
modo semet ipsos segregant. tales nec
uinculis peccatorum absolui. nec ianuam
possint regni caelestis ingredi. Unde
nos necesse est tota intentione fratres karissimi.
et fidei quam docuit sacramenta discere.
et congruentia fidei opera demonstrare.
Necesse est omni uigilantia multiplices

subtilesque portarum inferi cauere insidias.
quatenus iuxta psalmistae uocem. debitis ad
iuuante domino eripi. atque ad adnuntiandas
eius laudes. portas filiae sion. hoc est
gaudia mereamur supernae ciuitatis in
trare. Nec sufficere nobis ad salutem ar
bitremur. si turbis neglegentium uel quorum
libet indoctorum fide uel actibus adaeque
mur. quibus in litteris sacris. unica est cre
dendi pariter et uiuendi regula praescrip
ta. sed quotiens cumque nobis in errantium in
gerantur exempla. Nos confestim auertentes
oculos mentis nostrae ne uideant uanitatem. ma
gis quid ueritas ipsa decernit sedulo corde
scrutemur. sequentes exemplum beati petri.
qui spretis errantium sectis. uerae fidei archa
num quod cognouerat. indubia oris confes
sione protulit. inseperabili cordis cura
seruauit. Nam de fiducia confessionis hoc
loco cognouimus. de ueritate autem unicae
in xpm dilectionis ipse alibi testatur. qui
cum discederent ab eo quidam discipulorum
eius. diceretque ille ad duodecim. Num
quid et uos uultis abire. Respondit
ei dicens. domine ad quem ibimus. uerba uitae
aeternae habes. et nos credidimus et cog
nouimus quia tu es xps filius dei. Huius
ergo fratres mei. pro modulo nostro exemplum.
si imitari satagimus. et nos cum illo beati
et appellari et esse ualebimus. Nobis
quoque simonis. hoc est oboedientis

xpi nomen congruit: Nos ppi simplicitate
fidei non ficte. acceptamque a dno gratiã uir
tutũ filii colũbae uocabimur: Congaudens
que ipse spiritalib; animae nrae profectibus
dicit. quã pulchra es amica mea. quã pulchra
es. oculi tui colũbarũ: Sicque fit ut nob supra
petrã fidei aurũ argentũ. lapides pretiosos.
hoc est pfecta uirtutũ opera construentib;
nihil tribulationũ ignis detrimenti adferat:
Nulli temptationũ turbines praeualeant.
quin potius aduersitatibus probati acci
piemus coronã uitae. quã ille nobis ante
saecula promisit: Qui uiuit et regnat
ds cũ patre in unitate sps sci per omnia scla
saeculorum. Amen: IN NTL. SCI
PAULI. Sermo beati iohannis episcopi:

Beatus paulus. qui tantã uim humanae
alacritatis ostendit. ut ad caelũ quoq;
ipsũ ualeat subuolare. praeter mittens
angelos et archangelos. aliasque uirtu
tes. aliquando quidem suo exemplo xpi
anos fieri imitatores iubet dicendo.
imitatores mei estote. sicut et ego xpi.
aliquando quidem de se resipiscens. ad
ipsius nos imitationẽ (dirigit) ostendit dicens.
estote ergo imitatores di. sicut filii caris
simi: Iam uero demonstrans. quia nihil
ita hanc imitationẽ pariat. quã si ita uiuat
aliquis. ut bonũ eius in cõmune proficiat.
atque uniuersis utiliora prouideat. ad
iunxit. ambulate in caritate: Ideo

cũ dixisset. imitatores mei estote. con
tinuo de caritate disserit. quia haec
praecipuae uirtutis homines do proximos
facit: Quamq; enĩ cuique sunt alię. In
feriorem tenentes locũ tamq; erga
hominũ studia uersantur. ut est contra
concupiscentiã pugna. ut quod aduersus
gulã geritur bellũ. ut de auaritiae in
temperantiae acies ordinata. ut cũ iracundiae
furore conflictus: Diligere uero nob
doq; commune est: Propterea et ds imperabat.
orate pro persequentib; et calũmniantib; uos.
ut sitis filii patris uri qui in caelis est.
hoc igitur et paulus. cunctorũ esse bene
legens caput bonorũ. omni in se studio
exprimere curauit: Nemo enĩ ita di
lexit inimicos. nemo in insidiatores suos
tam beneficus fuit. nullus pro afflicto
ribus suis. tanta ppessus est: Non illa
enĩ quae patiebatur. sed naturae copulã
cogitabat. quanto que amplius effere
bantur inimici. tanto magis eorũ misere
batur insaniã: Ut enĩ aliquis indulgen
tissimus pater. adficitur erga filium
frenesi conphensũ. cuius quanto magis
conuiciis ictibusque pulsatur. tanto eum
potius miseratur ac deflet: Ita paulus.
qui de ipsa magnitudine passionũ eorũ
a quibus affligebatur. estimaret furo
rem. maiora illis adhibebat fomenta pie
tatis: Audi igitur. quã con patienter.